

Beiheft

2

S

48/49

1276 Juni 15.

[20]
88

Die Äbtissin von Marienborn befundet den Ankauf einer Huse im Kpl. Reeken.
Ego soror Elizabet dicta abbatissa in Cusfeldia tam presentibus nostre congregacionis quam futuris notum esse volo presencium tenore, quod Albertus, confrater noster et villicus noster in Stokencg, pro quinque marcis et quatuor solidis emerit erga Godefridum dictum Murenbrekere mansum quandam dictum Wostinge in parrochia Rekene situm, qui mansus dabit annuatim iam dicto villico nostro et confratri in festo Martini unum malicum siliginis mensure Cusfeldensis de domo Bernardi dicta Sneden. Post mortem autem antedicti fratris nostri Alberti ipse mansus cum pensione sua annuali perpetuo ecclesie nostre libere permanebit ea cum condicione, ut de ipso malcio pro anima eius ter in anno, hoc est in assumptione beate et gloriose virginis Marie, in Cena Domini et in festo apostolorum Simonis et Jude conventui largius inserviatur. Ne autem tale factum aliquo modo possit infirmari, ecclesie nostre vel ipsi Alberto presentem litteram sigillo nostro in testimonium fecimus firmiter communiri. Datum anno Domini M^oCC^oLXXVI^o, in die sancti Viti martiris.

Orig. Siegel ab; T. III §. 28 P. 7 Nr. 29b. — Kurzes Regest Wilmans 49
III, S. 524 Nr. 1008. Fehlerhaft gedruckt bei Niesert, Marienborn S. 66/67.